



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

385. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ut nullus alterius Clericum ordinet.
Ex Concilio Niceno.

Concil. Ni-
cæn. c. 16.
Burchard. lib.
1. c. 109.

CCCLXXXIV. Si quis Episcopus Clericum ad alium pertinentem audacter invadere & in sua Ecclesia ordinare tentaverit non consentiente Episcopo à quo discessit, ordinatio hujusmodi irrita comprobetur. [*Editio Helmsstad. habebat pertinentem aut Diaconum invadere. Malc.*]

De eadem re. *Ex Concilio Africano.*

Concil. Afric.
c. 57.
Lib. 7. Capi-
tular. c. 21.
Burchard. lib.
8. c. 11.

CCCLXXXV. Item placuit ut quicumque in Ecclesia vel semel legerit, ab alia Ecclesia ad clericatum non teneatur.

Quòd non oportet absolutè ordinationes fieri. *Ex Concilio Chalcedonensi.*

Concil. Chal-
cedon. c. 6.
Burchard. lib.
2. c. 6.

CCCLXXXVI. Nullum absolutè ordinari debere Presbyterum aut Diaconem ne quemlibet in gradu ecclesiastico, nisi specialiter Ecclesiæ civitatis aut possessionis aut martyrij aut monasterij, cui ordinandus est, pronuntietur. Qui verò absolutè ordinantur, decrevit sancta synodus irritam haberi hujusmodi manus impositionem, & nusquam posse ministrare, ad ordinantis injuriam.

Item ut nullus absolutè ordinetur. *Ex Capitularium lib. 1. cap. xxxv.*

Lib. 1. Capi-
tular. c. 25.

CCCLXXXVII. Ut nullus absolutè ordinetur & sine pronuntiatione stabilitatis loci ad quem ordinatur.

De